

damur et illuminemur igne
claritatis tue: et sicut illumi
luminasti moysen. ita igne il
nare corda et sensus nostros
digneris: ut ad vitam eternam
peruenire mereamur. **P**ro do.
Exultet **Benedictio cerei.**
Iam angelica turba celorum
erulet divina mysteria: et pro tam
ti regis uictoria tuba intonet sa
lutaris. Gaudeat se tellus tantis
irradiata fulgoribus. et eterni regis
splendore lustrata. totius orbis se
sentiat amisisse caliginem. **L**etetur
et mater ecclesia tanti luminis ad
ornata fulgoribus: et magnis po
pulorum uocibus hec aula resulet.
Quapropter astantibus uobis fratres
carissimi. ad tam miram sancti hu
ius luminis claritatem. una mecum
queso dei omnipotentis mise
ricordiam inuocare. ut qui me non
meis meritis intra leuitarum nu
merum dignatus est aggregare. lumi
nis sui gratiam infundendo. cerei
huius laudem implere perficiat.
Pro domino nostro iesu christum filium su
um qui cum eo uiuit et regnat in uni
tate spiritus sancti deus. **P**ro omnia secu
la seculorum. **A**men. **D**ominus uobiscum
Et cum spiritu tuo. **B**ursu corda
habemus ad dominum. **G**ratias agamus
domino deo nostro. **D**ignum et iustum est

Uere quia dignum est iustum est
inuisibilem deum omnipotentem
patrem. filiumque eius unigenitum do
minum nostrum iesum christum toto cor
dis ac mentis affectu. et uocis mi
nisterio personare. **Q**ui pro nobis
eterno patri adebitum soluit. et
ueteris piaculi cautionem pio cruo
re deterisit. **H**ec sunt enim festa pa
schalia. in quibus uerus ille ag
nus occiditur. eiusque sanguine
postes consecrantur. **I**n quo pri
mum patres nostros filios israel
eductos de egypto. rubrum ma
re sicco festigio transire fecisti.
Hec igitur non est. que peccato
rum tenebras lumine illumina
tione purgauit. **H**ec non est. que
hodie per uniuersum mundum in
christum credentes a uiciis segre
gatos et caligine peccatorum red
dit gratie. sociat scitari. **H**ec non
est in qua destructis uinculis mor
tis. christus ab inferis uictor a
scendit. **N**ihil enim nobis nasci
profuit. nisi redimi profuisset.
Mira circa nos tue pietatis di
gnatio. o inestimabilis dilectio
caritatis. ut seruum redimeres fili
um tradidisti. **O** certe necessari
um ade peccatum quod christi
morte deletum est. **O** felix cul
pa que talem ac tantum meruit
h in

habere redemptorem. **O** beata
nox que sola meruit scire tempus
et horā. in qua christus ab infe-
ris resurrexit. **H**ec nox ē. de qua
scriptum ē. et nox ut dies illumi-
nabitur. et nox illuminatio mea
in deliciis meis. **H**uius igitur san-
ctificatio noctis fugat scelera. cul-
pas lauat. et reddit innocentiam la-
psis nostris leticiam. **F**ugat odia
concordiam parat. et curuat impe-
ria. **I**n huius igitur noctis gra-
tia suscipe. **Hic mittitur incen-
sum a cantore in cereo** sancte
pater incensi huius sacrificium
uespertinum. quod tibi in hac ce-
rei oblatione solenni. per mini-
stros in manus de opibus apum
sacrosancta reddit ecclesia. **S**ed
iam colonne huius preconia no-
nimus. quam in honorem dei ru-
tilans. **Hic accenditur cereus
a diacono** ignis accendit. **Q**ui
licet diuisus in partes. mutuari
luminis detrimenta non nouit.
Alitur enim liquantibus ceris.
quas in substantiā preciose huius
lampadis apes mater edurit. **O**
uere beata nox. que expoliavit egi-
ptios. ditauit hebreos. **N**ox in qua
terrenis celestia. humanis diui-
na iunguntur. **O**ramus te domi-
ne. ut cereus iste in honorem no-

minis tui consecratus. ad noctis
huius caliginē destruendā indefi-
ciens perseueret. et in odorem sua-
uitatis acceptus supernis lumi-
naribus misceatur. **F**lammās eius
lucifer matutinus inueniat. **I**lle
inquā lucifer. qui nescit occasū
Ille qui regressus ab inferis. hu-
mano generi seren⁹ illuxit. **P**re-
camur ergo te domine. ut nos fa-
mulos tuos. omnem clerum et de-
uotissimum populum. una cum
beatissimo papa nostro et antisti-
te nostro. quiete temporū conce-
ssa. in his paschalibus gaudiis cō-
seruare digneris. per dñm nostrū
iesum christum filium tuum. qui
tecum uiuit et regnat in unitate
spiritus sancti deus. **P**er omnia
secula seculorū. amen. **D**ū hec
legit sacerdos solus ad alta-
re veniat nō tñ ibi oratiōz so-
lū in principio litā faciat. **L**e. i.
Icreauit de⁹ celū et terrā. **T**er-
ra autē erat inanis et vacua. et
tenebre erāt sup faciē abyssi.
et spūs dei ferebat⁹ sup aquas
Dixitq; de⁹ **F**iat lux. **E**t facta
ē lux. **E**t vidit de⁹ lucē qđ eēt
bona: et diuisit lucem ac tene-
bras. **A**ppellauitq; lucem di-
em: et tenebras noctē. **F**actū
q; est vespere et mane dies vn⁹.

Dixit quoque deus. **F**iat firmamentum in medio aquarum et diuidat aquas ab aquis. **E**t fecit deus firmamentum: diuisitque aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. **E**t factum est ita. **V**ocauitque deus firmamentum celum. **E**t factum est vespere et mane: dies secundus. **D**ixit vero deus. **C**ongregentur aque que sub celo sunt in locum unum: et appareat arida. **F**actumque est ita. **E**t vocauit deus aridam terram congregationesque aquarum appellauit maria. **E**t vidit deus quod esset bonum: et ait. **B**erminet terra herbam viridem et facientem semen: et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram. **E**t factum est ita. **E**t protulit terra herbam viridem et ferentem semen iuxta genus suum: lignumque faciens fructum: et habens unumquodque sementem iuxta speciem suam. **E**t vidit deus quod esset bonum: factumque est vespere et mane dies tertius. **D**ixit autem deus. **F**iat luminaria in firmamento celi et diuidant diem ac noctem: et sint in signa et tempora et dies et anni

nosque: ut luceant in firmamento celi et illuminent terram. **E**t factum est ita. **F**ecitque deus duo magna luminaria: luminare maius ut preesset diei: et luminare minus ut preesset nocti. **E**t stellas. **E**t posuit eas in firmamento celi ut lucerent super terram: et preessent diei ac nocti: et diuideret lucem ac tenebras. **E**t vidit deus quod esset bonum: et factum est vespere et mane dies quartus. **D**ixit etiam deus. **P**roducant aque reptile anime viuente: et volatile super terram sub firmamento celi. **C**reauitque deus cete grandes et omnem animam viuentem atque motabilem quam producerant aque in species suas: et omne volatile secundum genus suum. **E**t vidit deus quod esset bonum: benedixitque eis dicens. **C**rescite et multiplicamini et replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram. **E**t factum est vespere et mane: dies quintus. **D**ixit quoque deus. **P**roducat terra animam viuentem in genere suo: iumenta et reptilia et bestias terre secundum species suas. **F**actumque est ita. **E**t fecit deus bestias terre iuxta species

h. iij

suas: iumenta et omne reptile
terre in genere suo. Et vidit
deus quod esset bonum: et ait.
Faciamus hominem ad imagi-
nem et similitudinem nostram:
et prestat piscibus maris et volati-
libus celi et bestijs uniuersis que
terre: omni que reptili quod mo-
uetur in terra. Et creauit deus
hominem ad imaginem suam: ad
imaginem dei creauit illum: ma-
sculinum et feminam creauit eos. **D**ominus
dixitque illis deus: et ait. Crescite
et multiplicamini: et replete ter-
ram et subicite eam: et dominamini
piscibus maris et volatilibus ce-
li: et uniuersis animantibus que
mouentur super terram. Dixitque
deus. Ecce dedi vobis omnem
herbam afferentem seminem super ter-
ram: et uniuersa ligna que ha-
bent in semetipsis sementem
generis sui: ut sint vobis in
escam et cunctis animantibus
terre: omni que volucris celi: et uni-
uersis que mouentur in terra: et
in quibus est anima viuens:
ut habeant ad vescendum. Et fa-
ctum est ita. Viditque deus cuncta
que fecit: et erant valde bona.
Et factum est vespere et mane:
dies sextus. Igitur perfecti sunt
celi et terra: et omnis ornatu

eorum. **C**onpleuitque deus die septi-
mo operum suum quod fecerat: et requi-
euit die septimo ab uniuerso
opere quod pararat. **Lectioe fini-**
ta sequitur coll. dicenda sine dominis
Deus qui vobiscum. **Oratio.**
Mirabilis creasti hominem
et mirabiliter redemisti: da no-
bis quod contra oblectamenta pec-
cati. mentis ratione persistere: ut
mereamur ad gaudia eterna
peruenire. **Ps. Lectio. II.**
Factum est in vigilia ma-
tutina: et ecce respiciens dominus
super castra egyptiorum per colum-
nam ignis et nubis: interfecit
exercitum eorum. et subuertit ro-
tas currum: ferebantque in profun-
dum. **D**ixerunt ergo egyptij. Su-
giamus israel: dominus enim pug-
nat per eis contra nos. Et ait do-
minus ad moysen. Extende ma-
num tuam super mare: ut reuer-
tantur aque ad egyptios super
currum et equites eorum. **L**unc
extendisset moyses manum con-
tra mare: reuersum est primo di-
luculo ad priorem locum. **S**ugien-
tibusque egyptijs occurrerunt
aque: et inuoluit eos dominus in
medijs fluctibus. **R**euerse
que sunt aque: et operuerunt
currum et equites cuncti exercitus

pharaonis qui sequentes in
gressi fuerant mare: ne vnus
quidem superfuit ex eis. **F**ilij
autem israel prererunt per medium
siccis maris: et aque eis erant
quasi pro muro a dexteris et a
sinistris. liberauitque dominus
in die illa israel de manu e/
gyptiorum: et viderunt egyptios
mortuos super litus maris: et
manum magnam quam exercuerat
dominus contra eos. **T**imuit
que populus dominum: et crediderunt
domino et moysi seruo eius. **T**unc
cecinit moyses et filij israel car/
men hoc domino et dixerunt. **Tractus**

Cantemus domino gloriose enim ho/
norificatus est equus et ascensore
proiecit in mare adiutor: et prote/
ctor factus est mihi in salutem. **R.**

Hic deus meus et honorabo eum
deus patris mei et exaltabo eum

R. Dominus conterens bella dominus no-

Deus **Oratio** men est illi.
cuius antiqua miracu/
la in presenti quoque seculo cho/
rascare sentimus: pro qua quesu/
mus: ut sicut priore populum ab
egyptiis liberaisti: hoc ad salu/
tem gentium per aquas bap/
tismatis opereris. **Psalmus. Lec. III.**

Apprehendet septem mu/
lieres virum unum in die

illa: dicentes. **P**anem nostrum
comedemus. et vestimentis no/
stris opiemur: tantummodo in/
nocetur nomen tuum super nos
auferet opprobrium nostrum. **I**n
die illa erit germen domini in ma/
gnificentia et gloria: et fructus
terre sublimis: et exultatio his
qui saluati fuerint de israel.
Et erit omnis qui relictus fu/
erit in syon. et residuus in ie/
rusalem sanctus vocabitur: omnis
qui scriptus est in vita in ieru/
salem. **S**i abluerit dominus sordem
filiarum syon. et sanguinem
ierusalem lauerit de medio eius
spiritu iudicii et spiritu ardo/
ris. **E**t creauit dominus super om/
nem locum montis syon. et ubi
inuocatus est. nubem per diem
et fumum et splendorem ignis
flammantis in nocte. **S**uper
omnem enim gloriam protectio: et ta/
bernaculum erit in umbraculum
diei ab estu: et in securitatem
et absconsionem a turbine et
a pluuia. **Tractus. U**inea facta
est dilecto in cornu in loco uberi
R. **E**t maceriam circumdedit et cir/
cumsodit et plantauit uineam so/
reth et edificauit turrem in medio
eius. **R.** **E**t torcular fodit in ea ui/
nea enim domini sabaoth domus israel est
h y

Quus qui nos *Oratio.*
ad celebrādū paschale
sacramentū vtriusq; testamē
ti paginis instruis? da nobis
intelligere misericordiā tuā:
vt ex pceptiōe p̄sentium mu
nerū? firma sit expectatio fu
turoū. *P. Lectio. III.*

Nec est hereditas seruoꝝ
dñi: et iusticia eoz apud me di
cit dñs. Om̄s sitiētes venite
ad aquas: et qui non habetis
argētū. pperate emite et come
dite. Venite emite absq; ar
gēto et absq; vlla cōmutatiōe
vinū et lac. Quare appendi
tis argētum non in panibus
et laborem vestrū non in satu
ritate? Audite audiētes me
et comedite bonū: et delectabi
tur in crassitudine anima ve
stra. Inclinate aurē v̄rā et ve
nite ad me: audite et viuet a
nima v̄rā. Et feriā vobiscū
pactū sēpitemū: misericordi
as dauid fidelis. Ecce testem
p̄lis dedi eū: ducē ac p̄cepto
rem gentibz. Ecce gentē quā
nesciebas vocabis: et gētes q̄
non cognouerūt te ad te cur
rent. ppter dñm deū tuū et san
ctum isrl quia glorificabit te.
Querite dñm dum inueniri

potest: innocate eū dum p̄pe
est. Derelinquat impi? viam
suā: et vir iniquus cogitatio
nes suas: et reuertat ad deū
et miserebit̄ eius: et ad dñm
nostrū quoniā multus est ad
ignoscendū. Non enī cogita
tiōes mee: cogitatiōes vestre
neq; vie mee vie vestre dicit
dñs: qz sicut exaltāt celi a ter
ra. sic exaltate sunt vie mee a
v̄ijs v̄ris: et cogitatiōes mee
a cogitatiōibz v̄ris. Et quo
modo descendit ymber et nix
de celo et illuc vltra nō reuer
titur. sed inebriat terrā et in
fundit eam. et germinare eā
facit: et dat semē serenti et pa
nem comedēti: sic erit verbū
meū qd egrediet̄ de ore meo.
Non reuertetur ad me vacu
um: sed faciet quēcūq; volui
et p̄sperabit̄ in his ad que mi
si illud. Dicit domin? om̄ps

Quus qui eccle. *Oratio.*
siam tuā noua semp gē
tium vocatione multiplicas
concede. p̄piti? vt quos aqua
baptismatis abluis? cōtinua
p̄tectione tuearis. *P. Tract?*
Sicut ceruus desiderat ad fons
tes aquarū ita desiderat anima
mea ad te de? *Ps. Bitiuit anima*

mea ad deum uiuū quādo ueniā
et apparebo ante faciē dei mei. *Re.*
Fuerūt mihi lacrime mee panes
die ac nocte dñi dicit mihi p sin/
gulos dies ubi est de' tu'. *Re.*

Concede q's om̃ps deus:
ut q' paschalia festa agi
mus: celestib' desiderijs accē
si. fontē uite sitiamus. *Do.*

*Dequit letania. quā requirite
in fine libri hui'. Et sacerdos
i vestuario casulā tantum de/
ponēs. i chorū veniat. Et sac/
dos resūpta casula circa finē
letanie: dum chorus incipit
kyrieleyson. cū ministris ad
altare procedat. orationem et
cōfessiōz faciat. 7 sic glā in ec/
cellis pferat. Dñs vo. Re.*

Deus qui hanc sacratis/
simā noctē gloria dñice
resurrectionis illustras: con/
serua in noua familie tue pro
genie adoptionis spiritum
quem dedisti. ut corpore 7 mē
te renouati: puram tibi exhi
beant seruitutem. *Per eun/
dem do. in vnitate eiusdem.*

Patres. Ad colosenses.
Si conresurrexistis cū
christo que sursum sunt queri
te: vbi christus est in dextera
dei sedens *Que sursum sunt*

sapite: non que super terram

Dortui enim estis: et vita
vestra abscondita est cum chri/
sto in deo. *Lumen enī christus
apparuerit vita ṽra: tunc et
vos apparebitis. cum ipso in
gloria. Alla. Re. Confitemini
domino qm̃ bonus qm̃ in seculū
misericordia eius. Tract. Lau*

*date dñm omnes gentes et col/
laudate eum omnes populi. Re.*

*Quoniam confirmata est super
nos misericordia eius et ueritas
domini manet in eternū. Scdm*

In illo tpe: He matheum

Ispe autē sabbati que lucet
scit i prima sabbati. venit ma
ria magdalene et altera ma
ria videre sepulchrum. Et ec
ce terremotus: factus est ma
gnus. Angelus enim domini
descendit de celo: et accedens
reuoluit lapidem: et sedebat
super eum. *Erat autem aspe/
ctus eius sicut fulgur: et ve/
stimenta eius sicut nix. Re
timore autem eius exterriti
sunt custodes: et facti sunt ve/
lut mortui. Respondens au/
tem angelus: dixit mulieri/
bus. Nolite timere vos. Scio
enim quod iesum qui crucifi/
xus est queritis. Non est hic*